

Negat dictum Antonium suisse canonice præsentatum ad dictum titulum Subdiaconatus , si vacat , quia etiam negat vacare , & maxime eo modo & forma , per quem & quam electio & præsentatio subdiaconatus prædicti spectat ad Capitulum Ecclesie S. Cassiani .

Item , negat dictum Antonium suisse electum ac præsentatum a sufficienti parte Capituli dictæ Ecclesie S. Cassiani .

Item , negat Presbyterum Hermolatum , Presb. Franciscum , & Presb. Petrum , presbyteros dictæ Ecclesie , citatos suisse legitime ad electionem dicti Antonii , & ad constitendum Syndicu m ad præsentandum eundem ad ipsum Capitulum super hoc faciendum .

Item , negat Presbyterum Andream dictæ Ecclesie S. Cassiani , qui dicitur solus cum presbytero Zannino Oliva elegisse dictum Antonium , & constituisse Syndicum ad præsentandum eundem.... suisse tempore præsentationis dicti Antonii & editi concessi , & eo tempore quo electio ipsius potuerit valere de jure .

Et dicit , quod post mortem dicti presbyteri audi re congregatis aliis de Capitulo dictæ Ecclesie ... Hermolao , Zannino , Francisco & Petro ad electionem faciendam de Subdiacono , eo modo quo melius potuerunt , dictus presb. Hermolaus & Petrus elegerunt pure præsentandum & instituendum D. Episcopo , vel ejus Vicario , Zanninum prædictum , vel ejus procuratorem , quibus concessit presbyter Franciscus , si ad ipsum spectat de jure , solo presbytero Zannino contradicente expresse .

Item , negat ipsum Antonium esse idoneum ad
of-